Quelle: http://manuscripta.at/?ID=42092
Copyright: Bozen/Bolzano, Museumsverein (Depot im Stadtmuseum)



et universi qui habitatis in eo. Deus qui nos redemptionis nostre
annua expectatione letificas. presta ut unigenitum tuum quem
redemptorem letis suscipimus. venientem quoque iudicem se
cura videamus. Per eundem d. n. i. x. Lec. ysaie pph. Hec dicit dns.
Propter syon non tacebo. et propter ierlm non quiescam. do
nec egrediatur ut splendor iustus eius. et saluator eius ut
lampas accendatur. Et videbunt gentes iustitiam tuam. et
cuncti reges inclytum tuum. Et vocabitur tibi nomen nouum.
quod os domini nominauit. Et eris corona glie in manu
dni. et diadema regni in manu dei tui. Non vocaberis
ultra derelicta. neque terra tua non vocabitur amplius desolata.
sed vocaberis voluntas mea in eo. et terra tua inhabitabitur.
quia complacuit dno in te. Ad romanos. Fres. Paulus
seruus ihu xpi. vocatus apls. segregatus in euglm dei.
quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de
filio suo. qui factus est ex semine dauid secm carnem.
Qui predestinatus est filius dei in virtute. secm spm sanctifi
cationis ex resurrectione mortuorum. ihu xpi dni nostri.
per quem accepimus gratiam et apostolatum. ad obedi
endum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius. In quibus estis et
vos vocati. ihu xpi dni nri. Gr. Hodie scietis quia ve
niet dominus et saluabit nos et mane videbitis gloriam eius. V. Qui regis israhel intende
de qui deduces velut ouem ioseph qui sedes super cherubin appare coram
effrem beniamin et manasse.

Si uigilia natiuitatis dni in dnica die euenit. tunc canitur.